

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Cupiditas k  
cum fontibus proximo et primo

Bonorum auctori aliter inherere non ualemus  
nisi cupiditatem a nobis,  
que omnium malorum radix est, abscindamus.

Gregorius in omelia.

*Item Gregorius*, [1. VII. epist. 100.]  
Bonorum auctori inherere aliter non ualemus,  
nisi cupiditatem a nobis  
(que omnium malorum radix est) abscidamus.

Gratianus, *Decretum*, 1.47.7 (*Corpus iuris canonici*,  
A. Friedberg ed., col.171).

Sed quoniam  
bonorum auctori haerere aliter non ualemus,  
nisi cupiditatem a nobis,  
queae omnium malorum radix est, abscidamus,  
per scripta praesentia,  
queae alterno ad inuicem desideratae uisitationis  
sermone nos sociant,  
fraternitatem tuam institutis apostolicis conuenimus,  
ut patrum regulis et praceptis dominicis innitentes  
de templo fidei auaritiam, queae idolorum est seruitus,  
excludamus, ut in domo Domini nihil noxiū,  
nihil queat esse confusum.

Gregorius Magnus, *Registrum epistularum*, 9.219  
(CCSL 140A, D. Norberg ed., p.783, ll.14-22).